Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mo adolescentiam tuam sed
nate. Et exemplum esto fidelium
in verbo. in conversatione. in ca
ritate. in fide. in castitate. Dum
venio adtende lectioni. exhorta
tioni docere. Noli negligere
gratiam que in te est. que data
est mihi per prophetiam cum im po
sitione manuum presbiterii. Hec
meditare in his esto. ut profectus
tuus manifestus fiat omnibus.
Adtende tibi et doctrine. insta in
illis. Hoc enim faciens et te ip
sum salvum facies. et eos qui
te audiunt. Sm. Asaram
Illo t: Egressus ihs abiit
in partes suam. et sequebantur
illum discipuli sui. et factum sab
bato cepit in synagoga docere
et multi audientes. admira
bantur in doctrina eius. dicentes.
Unde huic hec omnia. et que est
sapientia que data est illi. et virtu
tes tales que per manus eius
efficiuntur. Nonne hic est fa
bri filius Maria frater. et iacobi et
ioseph. et iude et simonis. Non
ne et sorores eius hic nobiscum
sunt. Et scandalizabantur in il
lo. Et dicebat eis ihs. Quia
non est propheta sine honore nisi
in patria sua. et in cognatione su
a et in domo sua. Et non poterat

ibi virtutem ullam facere. nisi pau
cos infirmos. impositis manu
bus curavit. Dominica. iij.
Adorate deum omnes angeli eius
audivit et letata est syon. et
exultaverunt filie iude ps. Dominus regna
vit exultet terra. letentur insule multe. Oro
Omnipotens sempiterne deus infirmi
tatem nostram propitius respice.
atque ad protegendum nos. dexte
ram tue maiestatis extende
Ks: Nolite adromanos.
Ne prudentes apud nosmetipsos. nulli malum pro malo red
dentes. providentes bona non
tantum coram deo. sed etiam coram
omnibus hominibus. Si fieri po
test quod ex vobis est. cum omnibus ho
minibus pacem habete. Non vos
metipsos defendentes karissimi.
sed date locum ire. Scriptum est enim
mihi vindicam. ego retribu
am dicit dominus. Si esurierit i
micus tuus. cibum illi. Si sitit
potum da ei. Hoc enim faciens
carbones ignis congeres super
caput eius. Noli vinci malo.
sed vince in bono malum.
GR Timebunt gentes nomen
tuum domine et omnes reges terre gloriam
tuam V. Quia edificavit dominus syon.
et videbitur in maiestate sua Alla V
Dominus regnavit exultet terra letetur